

15 Et plantabo eos super humum suam : & non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

## PROPHETIA A B D I Æ.

### CAPUT UNICUM.

*Vaticinatur exitium adversus Idumæos, qui affligebant ac subsannabant filios Israel: qui tamen rediit, dominium accipient in eos, qui ipsos afflixerant.*

\* Jerem.  
49. 14.

**V**ISIO Abdæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom: \* Auditum audivimus a Domino, & legatum ad gentes misit: Surgite, & confurgamus adversus eum in prælium.

2 Ecce parvulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde.

3 Superbia cordis tui exultit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem folium tuum: qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?

4 Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus.

5 Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia tibi? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi?

6 Quomodo scrutati sunt Esau, investigaverunt abscondita ejus?

7 Usque ad terminum miserunt te: omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: invaluerunt adversum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo.

\* Isaiæ  
29. 14.  
1. Cor.  
7. 91.

8 \* Numquid non in die illa, dicit Dominus,

per-

perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau?

9 Et timebunt fortes tui a Meridie, ut inteseat vir de monte Esau.

10 \* Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob, operiet te confusio, vir & peribis in æternum.

\* Gen.  
27. 42.

11 In die cum stares adversum eum, quando capiebant alieni exercitum ejus, & extranei ingrediebantur portas ejus, & super Jerusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi unus ex eis.

12 Et non despicias in die fratris tui, in die peregrinationis ejus: & non lætaberis super filios Juda in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustie.

13 Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicias & tu in malis ejus in die vastitatis illius: & non emitteris adversus exercitum ejus in die vastitatis illius.

14 Neque stabis in exitibus, ut interficias eos, qui fugerint: & non concludes reliquos ejus in die tribulationis.

15 Quoniam juxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum.

16 Quomodo enim bibibis super montem sanctum meum, bibent omnes Gentes jugiter: & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint.

17 Et in monte Sion erit salvatio, & erit sanctus: & possidebit domus Jacob eos, qui se possederant.

18 Eterit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & devorabunt eos: & non erunt reliquæ domus Esau, quia Dominus locutus est.

19 Et hæreditabunt hi, qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthæim: & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ: & Benjamin possidebit Galaad.

20 Et transmigratio exercitus hujus filiorum Israel, omnia loca Chananæorum usque ad Sareptam: & transmigratio Jerusalem, quæ in Basphoro est, possidebit civitates Austri.

21 Et